



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab Anno Christi 1312 Usque Ad Annum 1351

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1767**

**VD18 9011826X**

§. 26. Designata concordiaë cum Græcis renovandæ species.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66305](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66305)

## §. XXVI.

Sæcul. XIV.  
A.C. 1326.*Designata concordia cum Græcis re-  
novandæ species.*

Sanctus dein Imperatoris Andronici epistola per Constantinum Fuscomalum accepta Venetiis rursus anno 1326 scripsit nervosis illum verbis exhortans ad concordiam. Eodem anno Papa ad Andronicum misit Nuncium cum litteris ad Robertum Neapolis Regem, in quibus inquiebat: Ut Rex Franciæ Carolus nobis indicavit, Andronicus, qui se dicit Imperatorem Romanorum, ei scripsit se cupere pacem cum orbe toto & Christiano præcipue. Rex autem, ut certius sciret, an revera is esset Andronici animus, statuit ad eum mittere, si placeret nobis, Benedictum Cunesium ex Ordine Prædicatorum Doctorem Theologiæ. Porro considerantes, hanc rem tua & fratris tui Philippi Tarentini Principis interesse, hunc Doctorem, antequam ad Andronicum abeat, ad vos ambos venire volumus, ut mentem cognoscat vestram, & ad nos perscribat. Dabat 20 Aug. an. 1326. Sed hæc consensionis consilia effectu caruere.

epist. 9.

Rayn. 1326.

n. 26.

Andronicus Michaëlem suum filium *Suo. lib. 39.*  
nato majorem anno 1293 imperii so- §. 26.  
*Histor. Eccles. Tom. XXIII.* S. cium

**Sæcul. XIV.** cium sibi adsciverat. Verum hic anno  
**A.C. 1326.** 1320 supremum vitæ diem egerat, relin-  
**Gregoras** quens filium nomine Andronicum instar  
**lib. 8. c. 1. n. 3.** avi: qui eum 2 Febr. an. 1325 Impera-  
**c. 14.** torem coronari per Patriarcham Isaiam  
**Cantacuz.** curavit. Patriarcha Gerasimus letum  
**l. 1. c. 41.** oppetierat 19 Apr. an. 1321, cum sedem  
**Sup. lib. 92.** tenuisset anno uno circiter: & post tres  
**§. 47.** fere annos vacationis Imperator illi suc-  
**Greg. l. 8. c. 6** cedere jussit montis Athonis Monachum  
**n. 7. c. 12.** annos septuaginta & amplius natum, qui  
 nihil habebat ad Episcopi dignitatem ap-  
 positum, & vix litteras copulare noverat.  
 Imperatori placuit ob magnam simplici-  
 tatem suam etsi complurium, quos multi  
 testabantur, errorum accusatus, & ideo  
 pridem exclusus sacris ordinibus. Isaiam  
 se dicebat, & ad sedem Constantinopoli-  
 tanam ascendit 30 Nov. 1323.

## §. XXVII.

*Indignæ res in Cypro.*

**Rayn. 1326.** Interim Papa de corrupta in Cypro reli-  
**n. 28.** gione edoctus hac super re scripsit ad  
**Sup. lib. 92.** Raymundum Hierosolymitanum Patriar-  
**§. 7.** cham Latinum. Petrus Planocassagnius  
**Gall. Chr.** Episcopus Rhodi, & Hierosolymæ Pa-  
**no. p. 216.** triarcha honorarius obierat 6 Febr. 1318.  
**Rayn. 1322.** Electum successorem Petrum Nicosiæ  
**n. 46.** urbis in Cypro principis Canonicum Pa-  
 pa 19 Junii anno 1322 confirmaverat.  
 Sed